



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 85. Bellicæ hujus anni expeditiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

in iisdem simultaneum Religionis exercitium Sæc XVIII.
introducatur. IV, Capitulum deinceps A. C. 1711.
 nova Sacella, Monasteria, Cruces &c.
 non erigat, ubi Anno 1624. non fue-
 rant erecta. V. In locis, ubi soli Lu-
 therani erant, libere suo fruantur exer-
 citio, æque ac Catholici. VI. utrius-
 que Religionis Ecclesiasticis salvi ma-
 neant eorum redditus. VII. Illi, qui
 jus Patronatus habent, in conferendis
 Parochiis a simonia abstineant. VIII.
 Lutherani ad Catholicorum supplica-
 tiones sacras non adigantur. IX. Lu-
 theranorum Consistorio intersit Episco-
 palis Deputatus, non tamen Directo-
 ris officio fungatur. X. Neutra pars
 aliam in Ecclesiis vel alibi convitiis
 proscindat, sed præteritorum quælibet
 obliviscatur &c. Verum hæc pacta
 Pontifex anno sequenti irrita declara-
 vit, ut postea referemus.

§. LXXXV.

Bellicæ hujus anni expeditiones.

Marte ob suspectam Anglorum fidem, *Hode Hist.*
 atque jactatas pacis condiciones *de Louis*
 suspenso Belligerantes ubique segnius *XIV. l. 61.*
 agebant. In Flandria die decima Julii
 foederati post iteratas, easque cruen-
 tas velitationes Bochanium cepere,
 absdubio Quercetum expugnaturi, nisi
Hist. Eccles. Tom. LXVIII. Aa ob-

Sæc. XVIII. obstitissent Batavi: Ad Rhenum foede-
 A. C. 1711. ratorum dissidia expeditionem apparatam
 magno, ac majore strepitu cæptam, ir-
 ritam ad extremum cassamque reddi-
 derunt: Nec magis sæcunda victoriis
 erat expeditio Hispanica; quamvis e-
 nim Philippus Rex Gerundam Cata-
 launiæ urbem deditioe cepisset, Car-
 donæ tamen obsidionem solvere coactus
 est, & Starenbergio Dertosam interce-
 piendi spe frustrato Carolus Rex Au-
 gustam, pluresque alias urbes Philippo
 cessit. Cessante autem armorum stre-
 pitu secreta Gallos inter & Anglos age-
 tabantur pacis consilia, quæ tamen
 nonnisi post biennium Ultrajecti suam
 consecuta sunt maturitatem.

§. LXXXVI.

*Alexandri Capraræ Cardinalis
obitus.*

*Guarnac.
 vit. Pontif.
 t. I. p. 105.
 Vit. Card.
 t. I. p. 156.*

Purpuratorum Collegium hoc anno
 nonnisi duorum mortem luxit, quos
 inter primus erat Alexander Capraræ
 patria Bononiensis. Hic non modo
 natalium splendore, sed vel maxime
 literarum præstantia, & virtutum stu-
 dio dignissimus Majorum suorum hæ-
 res, Bononiæ emenso Philosophiæ &
 Theologiæ cursu totum se ad Jurispru-
 dentiæ studia contulit, tamque uberem
 pro-